



**Andreæ Vallensis Vvlgo Del Vavlx Andanensis, I. V. D. Et  
In Alma Academia Lovaniensi SS. Canonum Professoris  
Ordinarii, Paratitla Ivris Canonici Sive Decretalivm D.  
Gregorii Papæ IX. Svmmaria Ac ...**

**Delvaux, André**

**Coloniæ Agrippinæ, 1686**

**Tit. 36. De Religiosis domibus, ut Episcopo sint subjectæ.**

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62177](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62177)

potes Metropolita seu Archiepiscopus, eoque negligent Episcopus, in ejus diocesi sunt monasteria, tamquam Sedis Apostolicae delegati, Concil. Trident. 4. c. 8. Zerola p. 1. v. Monasteria §. 2.

## TITULUS XXXVI.

De Religiis Domibus, ut  
Episcopo sint sub-  
jectæ.

## §. I.

Domus Religiose quæ dicantur.

1. Hospitalium nomine qua veniant.
2. Monasteria, ut & Ecclesia omnes, subiectæ Episcopo loci.
3. Item Hospitalia omnia.
4. Dummmod exempta non sint.
5. Quæ tamen visitari ab Episcopo possunt.

1. DE Monachis ac Religiis duo expeditum, neimpē de ingressu ac professo ne, deq; statu, id est, regulis & institutis virginaliæ ac religiosis. Sequitur tertium de rebus, id est, de domibus & monasteriis, aliisq; religiosis ac piis locis, Cujusmodi sunt Hospitalia, quæ pietati exercenda ex profeso dedicata sunt, & plerumque Ecclesiis cohaerent, soto hoc tu & eod. in 6. Dicuntur ab hospitibus piè excipiendois & traçandis, proque eorum varieitate varia sortiuntur nomina. Alia enim sunt Xenodochia, quibus peregrini, alia Orphanotropia, quibus orphani; alia Geronto comila, quibus senes; alia Brephortrophia, quibus egentium infantes; alia Nosocomia, quibus regredi excipiuntur; alia denique Prochotrophia, in quibus pauperes aluntur; alia aliis atque aliis nominibus appellantur, de quibus in cap. In qualibet xxii q. 8. l. Illud 17. l. Sanctius 18. Cod. De sacro Ecclesiæ & plenius apud Tholosan, Syntagmatis universi 1. cap. 28.

2. De his autem omnibus quæ situm fuit, quibus nam subjiciantur? Et in primis dicendum, monasteria, sicut Ecclesiæ omnes, subjici Episcopo loci, in quo sita sunt, e. i. 3. 7. & ult. h. t. can. Quidam, cum seq. cap. Monasteria xviii.

q. 2. l. can. Omnes basilia xvi. q. 2. Qui etiam quoad hoc de jure communis habet fundatam intentionem suam, d. c. 7. h. t. etiam si alterius loci aut diocesis monasterii atque Ecclesiæ sint unita quia per unionem nihil cepit Episcopo loci in quo situm est monasterium, e. i. h. t.

3. Idem dicendum de Hospitalibus, & aliis piis locis auctoritate Episcopi erectis, d. c. 3. 2. & alibi h. t. Ita ut ad Episcopum loci, in quo sunt, spectet providere, ne talia loca ad alios sus, quam ad quos fidelium largitate & auctoritate Episcopi destinata sunt, convenerantur, ut res eorum diffundantur, neve in beneficium aliquam seculari Clerico concedantur, nisi forte vel in eorum fundatione alicet constitutum fuerit, vel per electionem de Rectore hujusmodi. ei sit providendum, sed ut gubernatio eorum dum committatur viris providis ac boni selectionis, qui instar tutorum & curatorum iumentum præstet, repertorium sive inventarium honorum faciat, atque Ordinarius, vel alii, quibus hujusmodi loca subsunt, vel ab iis deputatis quotannis administrationis sua rationem reddant, Clement. Quia contingit, 2. h. t. ubi plenius de hujusmodi locorum administratione, & in Analyti D. Steph. Weymisi ad d. Clement. Conc. Tid. Sess. 7. c. 15. De reformat. Sess. 22. c. 8. & 9. & Sess. 25. c. 8. De reform. Choppin. De pietate sacra 1. tit. 5. n. 2. ubi late tradit ejusmodi piorum locorum curam iam olim quoque spectasse ad Episcopum, ut proinde Conc. Tid. non adeo quidquam novi quoad hoc statuisse videatur.

4. Et hæc quidem procedunt, dummmod ita pia loca non probentur exempta, vel privilegio, vel præscriptione xl. annorum, e. Cum dilig. 8. h. t. c. Cum olim. 8. & seq. sup. De pref. Sic tamen, ut si privilegio exempta sint, privilegium hujusmodi, tanquam juxta communis derogans, ac proinde sicut excepientur, e. ult. in fine De filiis presbyteror. in 6. non producatur ultra loca ipsa, & iura sua Episcopis in violata serventur. Porro 7. c. Petiſſi 20. inf. De privilegiis. Et idem si Parochia vel Capellæ alicui monasterio exempto subjectæ sint, non tamen idem & ipse exemptæ censeti debent, e. i. h. t. cap. Exempt. inf. De privil. nisi & in his quoque legitima præscriptione aut privilegio derogatum sit jubes Episcopaliibus, d. c. Corpus olim.

§. Vt autem hujusmodi loca probentur exempli  
najurisdictione Ordinarii, poterit nihilomi-  
nis Ordinarius auctoritate Apostolica visitare  
et reformatre, si reformatio aliqua opus fuerit  
ut per hoc nullum exemptionibus  
de privilegiis, quod alia, præjudicium gener-  
etur. *Clement. 2. in fine.*

Prædicta etiam non habent locum in Hospitali-  
bus militariis Ordinariis, aut Religiosorum,  
*Clement. 2. & Pramissa.* Et si que sunt Hospitalia  
in quibus consueverint ab antiquo exerciti  
spiritualia & exhiberi Sacra menta pauperibus, ea  
consuetudo servanda est. *d. Clement. in fine.*

## §. II.

De visitatione Domum Religiosarum  
& locorum piorum, à laicis regi-  
solitorum.

1. Hospitalia à laicis regi solita etiam à laicis visi-  
tari possunt.
2. Hospitalia, superflue fundatore, non subsunt Or-  
dinario.
3. Post mortem tamen visitari ab eo possunt.
4. Vi & Confraternitates qualibet.
5. Plura triennum non committenda uni admi-  
nistratio Hospitalium.
6. Ex Concordia Brabant. visitatio Hospitalium est  
mixta fori.

1. Ceterum circa decretum Concil. Trident.  
quoad propositam materiam, observan-  
dum est, quod, licet tribuat Concilium Episcopis  
facilitatem visitandi Hospitalia & alia pia  
loca; non tamen prohibeat, quin etiam Judi-  
culesculates eadem visitare possint, si hoc eis  
alias legimè conceidit sit. Insuper Episco-  
pum non habere potestatem visitandi Hospi-  
tia & Confraternitates, quæ à laicis reguntur,  
nisi locis suis à Jure communii permisisse.

2. Erideo hæc potestas non extenditur ad  
Hospitalia, & alia similia loca, absque au-  
toritate Episcopi erecta, superflue fundatore, cum  
non dicantur propriæ loca religiosa, sed sub-  
fitionis in dispositione ipsius fundatoris; ita  
ut ab eodem destinari, & de illis pro arbitrio suo,  
prior & de aliis donis, disponere valeat. *Glos. in*  
*ad Eccl. 111. qu. 2. Sylvester V. Hos-  
pitalia Zerola p. 1. V. Hospitalia §. 1. Piasce. p. 2.*  
*cap. 3. art. 5. num. 2.*

3. Quamquam Episcopus talia post mortem  
fundacionis visitare posset, ad hoc, ut videatur, an &

quomodo satisiat ordinationi defuncti: audire  
item, inspicere atque examinare computus &  
administrationem Rectorum ac procuratorum:  
idque, ut tradit. Zerola *ad loco* §. 2. & 3. virtute  
decreti, *Conc. Trid. Sess. 2. c. 9.* ubi statuit, ut  
administratores, tam Ecclesiastici, quam laici,  
fabrica cuiusvis Hospitalis Confraternitas, &  
quorumcuque piorum locorum, sine ulis an-  
nis teneantur reddere rationem administratio-  
nis Ordinario, nisi secus sit eautum in funda-  
tione, cui non derogavit Concilium. Ideoque si  
in fundatione eautum sit, ne Episcopus se visi-  
tationi vel rationibus immisceatur, id servandum  
erit. *Zerola ad loco* §. 3.

Nec obstat quod non sint loca religiosa: q. ia  
ad hoc, ut visitari possint, sufficit, quod sint lo-  
ca pia. Non obstat quoque, quod d. c. 9. tollat  
privilegia, statuta & consuetudines quascunq;  
in contrarium: quia non tollit fundationem.

4. Verum quod ad Confraternitates laicoru-  
mive regendas habe visitandas attinet, exstat in-  
signis Constitutio Clementis VII. 24. Decemb.  
1604. quam refert *Pias. ad loco* n. 8. per quam, ut  
summarie dicā. statuit, ne ulli ejusmodi Con-  
fraternitates erigantur, nisi de assensu Ordinarii  
loci: ut Confratrum statuta ab eodem Ordina-  
rio examinentur, approbentur, & corriganur:  
ut indulgentias concedendas prius cognoscat  
& promulgandas decernat: ut elemosynas &  
collectas non nisi arbitrio ejusdem in piis usus  
Confratres erogent: ut Confessarii Confrat-  
ternitatis ab Ordinario approbentur, qui aec à  
caibus reservatis absolvere possint.

5. Insuper ad hoc quoque sedulo advigilate  
& providere Episcopus debet, ne hospitalium  
& aliorum similium locorum, administra-  
tio seu gubernatio uni & eidem ultra triennio  
committatur, nisi alter in fundatione eautum  
reperiatur. *Conc. Trid. Sess. 2. cap. 8.*

6. Sed nec illud hic praeterendum est, quod  
refert Zypodus hoc tit. in princip. ex Concordia  
Brabantia, §. 5. *Magistris fabricarum*, conti-  
nenti iubili hanc distinctionem, ut si Rectores  
Hospitalium & Fabricarum sint laici, &  
à laicis institui soleant, correctio & destitu-  
tio, & rationum exactio, presente ta-  
men Curato, à laicis fiat; &, si negligentes fu-  
erint, pro illa vice Episcopus in omnibus sup-  
plet: si autem Ecclesiastici sint, aut laici ab  
Eccl.

Ecclesiasticis instituti, omnia faciat Episcopus. Quamquam dici possit etiam priori casu, saltem post Concil. Trident. Sess. 22. c. 9. ubi Episcopo diserte auctoritatem facit exigendi rationes ab administratoribus, tam Ecclesiasticis quam laicis, quorumcunque piorum locorum, Episcopum ejusve delegatum suum quoque auctoratatem posse interponere. Quod & in Belgio est receptum. Imo Sereniss. Principes nostri in edito pro feliciori exitu & executione Conc. Mechlin. anno 1607. majorem etiam protestatem Episcopis & ab eis deputatis concesserunt. Sed hoc intereat, quod dum proceditur juxta concordata, Episcopi iure suo nitantur; dum ex edito, tanquam Principis delegati, veluti ex ejus commissione: quodque si a decretis appellatur, ad laicos causa devolvatur; illo autem casu ad superiores Episcopi, juxta jus commune. Dicitis vero concordatis non videri derogatum per illud editum docet Zyp. ibid. ea ratione, quod generi per speciem non vice versa derogatur.

## TITULUS XXXVII.

### De Capellis Monachorum & aliorum Religiosorum.

1. *Capella, & Capellania, unde nomen habent.*
2. *Distingui vulgo Capellaniam & Capellam.*
3. *Capella habens populum, cum cura animarum, à seculari regi debet.*
4. *Alias duo tressu Monachi Capella praficiendi*
5. *Novam Religionem quia propria auctoritate constituisse non potest.*

**N**on semper Monachi omnes habitant in Monasteriis, sed quidam ex iis sacerdotiis ad Capellas ac Prioratus mittuntur, dependentes ab ipsis Monasteriis, quae sunt domus principales Religiosorum.

*L. Capella non una est etymologica ratio sed*

deductio, de qua Tholofanus *Syntagma leonis Universi lib. 15. num. 20. Azor. 2. Moral. Institut. 1. 3. cap. 8.* Vetus videtur nomen esse Gallicum, dicique à simplici testo, quo Reges Francorum, exustis à Normannis ac Solavis facis & dibus, Oratoria competitris latetibus undique patetibus & patulis tegebant: nam rectum Gallis simpliciter *Chapelle* dicitur; indeque alia nomina formata sunt. Et quia ejusmodi rectum fieri solebat ex pellibus capratorum, in e Capellam à caprinis pelibus dici quidam volunt. *Glos in can. Concedimus de consecrat. distinct. 1. & Sacra- dotes, qui in hujusmodi oratoris seu centronis praefecti erant, Capellani dicti sunt.* Factumque, ut Jure Canonico Capellæ nomine signifietur aliquando Altare, in aliqua sacra & de constructum, can. *Quiescum can. Altare 1. qn. 3.* aliquando Oratorium, seu sacra & dicula à templo sejuncta; interdum etiam Oratorium, extra templum quidem positum, sed eidem templo annexum & adhærens; subinde etiam locus sacris in templo, ferreis aut ligneis cancellis clausis, unum vel plura altaria continens.

2. Ceterum Practici Romani Capellam à Capellania distinguunt, ut Capella sit corpus, & Ecclesia per se. Capellania vero dicatur altare, in aliqua Ecclesia existens, teste Rebus in *Praxi benef. Tit. Saculare benef. quatuorplex.* 14. Et ita Capella hic sumitur, pro Ecclesia scilicet minori, existente per se & leviori ab Ecclesia majori vel Monasterio.

3. Capella itaque hoc modo sumpta vel habet populum aliquem, subditum, & curam animalium, vel non habet. Si habet, & spectet ad Monasterium, non potest regi à Monachis, sed in ea Episcopus Capellam sacerdotalem, qui populum regat, consilio Monachorum instituerit: ita ut solius Episcopi arbitrio tam ordinatio ejus, quam depositio, & totius rite pendeat conversatio, &c. hoc tit.

4. Sed & ad curam spectat Episcopi, ut Ab-bates vel aliorum Religiosorum Prelati in hujusmodi Capellis vel Prioratibus singulos Monachos aut Religiosos non conficiant, qui soli in iis commorentur, sed tres, vel saltet duos. Nec proderit Prelato rescriptum, si quod habeat à summo Pont. quod singulos imponere valcat, fortè ob paupertatem. *Capella aut Prioratus, nisi rescriptum negatio.*